

LEGNANO - Privilegio della N. Donna q. LAMPUGNANI LUCRIZIA
delle acque del F.O.

I493 SENTENZA del SENATO SECRETO referente l'esame
dei diritti di OLDRATO e Fratelli LAMPUGNANI a cui compete
l'uso delle acque per i suoi prati

I468 SENTENZA dei MAGISTRATI
che dichiarano utenti d'Olona a cui diritti il diritto

I602 Lettera patente del 6 Maggio 1602
in occasione della Richiesta delle annate arretrate

.... Lettera con supplica ai SINDACI
ed all'Ill. PANIGAROLA senatore

Pro hær. n. q. Lucretiæ Lampugnanae, & consortibus,
 occasione taxæ eis impolitæ, pro solutione scut.
 sex millium, per Sindicos Fluminis Olonæ
 Regio Fisco promissorum, in transla-
 ctione cum eo iura.



X ordine Præsidis Ill. Magistratus extraord. reddit. Mediolani, & aliorum ab Illustris. & Excellentis. Contestabili tunc Regio L. T. specialiter delegatorum occasione notificationis factæ aquarû fluminis Olonæ, quæ in præiudicium Regij Fisci à priuatis vsurpari dicebantur, publicatum fuit edictum

sub die 30. Iunij 1594. mandans omnibus vtentibus dictis aquis, ut termino dierum octo exhiberent priuilegia, & iura, quæ super dictis aquis habebant, sub pœna amissionis quorumcunq. eorum iurium, specificè eos admonentes, qui iura sua dicto tempore non deduxissent, & verificassent, omni iure suo priuatos iri, non obstantibus quibuscunq., quæ per eos postea allegari possent.

In cuius edicti executione comparuit n. q. Lucretia Lampugnana, suo, & consortû nomine, opponens primò declinatoriam, & quatenus teneatur iura sua deducere, producens sententiam de anno 1493. per Senatum secretum latam, referentibus duobus Senatoribus, examinatis prius per eos, de mandato eiusdem Senatus, iuribus quæ n. q. Oldradus, & fratres Lampugnani (dictorum heredum), & consortum antecessores) super dicto flumine habebant.

In qua sententia declaratum fuit, dictis fratribus competere ius, & actionem extrahendi aquam ex prædicto flumine singulis dieb°, & horis, pro irrigatione prædiorum, & pratorum suorum, & idè ad perpetuam rei memoriam, & ne aliquo futuro tempore cōtroueria, vel impedimētû aduersus dict. fratres ea in re fieri posset, decretû fuit eos, in ea possessione, in qua eòsq. seruati fuerant, manuteneri debere, absq. aliqua exceptione, cōtradictione, vel molestia à quocunq. inferenda, non obstantibus quibuscunq. in contrariû facientibus, ut latius in ea sententia legitur, quæ exhibetur sign. A.

Transmissis postea diuersis citationibus vtentibus in genere, sic instante Regio Fisco, & notificante, ad producenda omnia eorum

A iura

*A.
 Sententia Sena-
 tos secreti anni
 1493.*

iura, tñm ad allegandum, & ultimo loco emanata citatione peremptoria ad videndũ fieri ordinationem, cõparuerunt Prosper Gallaratus, Aluylus Lampugnans, & Francisus Pagnanus, omnes vtentes dictis aquis, suis nõmib⁹ proprijs, ac vti Sindici, nomine ceterorum vtentium iisdem aquis, cum productione eorum mandati, declinãtes primò iurisdictionem Ill. Magistratus, & vbi &c. dicentes cognitionem huius causæ ad Senatũ spectare, & idcõ non teneri deducere eorũ iura, cum sufficiat allegare, possideo, quia possideo, & Fiscum non habere fundatam intentionem. Præterea fumen illud non esse regale, sed priuatũ, idcõq; nullũ in eo ius Fiscum habere dominij, flumenq; oriri ex priuatis fontibus, qui purgantur expensis vtentium, & omnes impensas circa illud flumen fieri per ipsos vtentes. &c. & vt latius &c.

Quibus vtentibus, eorũq; procuratoribus statutũ postmodũ fuit terminus dierum quindecim, ad producendum omnia eorũ iura, tum per edictũ citati fuerunt ad allegandum quare eorũ buccæ obturari non deberent, in cuius termino produxerunt iura sua in genere, & citati ad specificandum nihil deduxerunt.

Quo circa, post varias comparitiones per eos factas, & exceptiones ex aduerso per Reg. Fiscũ, & notificantem propositas, transmissæ de nõ fuerunt aliæ citationes peremptoriæ, Auditũq; demum in publica audientia vtriusq; partis Aduocatis, Ill. Magistratus, uti præteritus delegatus a S. E. reassumptis etiam processib⁹ alias agitatis pro executione aliarum delegationum in eum iam diũ factarum, & seruata sibi facultate cognoscendi, & decidendi super iuribus eorũ, qui iura sua deduxerunt, declarauit vtentes dictis aquis excludendos esse, prout eos exclusit, saluo ut supra, ut ex ipsa sententia signat. B.

Pro cuius executione Quæstor Anlagus in rem præsentem se contulit, & eorũ omnium buccas obturari fecit, qui idoneam fideiutionem præstare recularunt, non modò pro vlti dict. aquatum ab inde in antea, sed etiam pro præterito ab usu earundem, vitã formam statut. & No. Const. præscriptam, ut ex actis Ill. Magistratus apparet, receptis per de Regibus de Eto,
Regiæ Cameræ Notarium.

Buccas autem n. q. Lucretiæ, & cõfortũ, intactas reliquit, nec ab eis aliquid expostulauit, quinimò eos in antiqua eorũ possessione, & vlti dictarum

B.
Sententia Magi-
stratus.

de Regibus de Eto,
de Regibus de Eto,

dictarum

dictarum aquarum perseverare permittit, in quibus hucusque semper perseverauerunt.

Hanc autem tam præiudicalem sententiam, & tam exactam illius executionem ægré ferrentes Sindici, & videntes prædicti, recursum habuerunt ad S. E. à qua revisionem eiusdem in secretiori Cõsilio de more faciendam, obtinuerunt.

Et pro eius causæ defensione, de mandato tunc Conservatoris eiusdem fluminis, Sindici prædicti taxam imposuerunt omnibus videntibus, iuxta quantitatem prætorum per eos possessorum, quam cum medio executionis extorsissent à fictabilibus dictæ q. Lucretiæ pro portione illi taxata, conquesta est apud Excellentiss. Senatû, allegans se ad impensas huius litis non teneri contribuere, quia ipsa nõ utebatur iure vniuersali, quo ceteri videntes, nempe possessione immemorabili, & statutorum dispositione, sed iure particulari, scilicet sententijs Sen. Excell. & Ill. Magistratus ad eius antecessorum favorem latis, quibus & coram Ill. Magistratu ordinario annuam occasione aquarum eiusdem fluminis, prætendente, se utebatur, & coram extraordinario, qui contra eam nihil adhuc declarauerat, sed iurium suorum cognitionem sibi reseruauerat ut supra. Super quibus precibus, & Sindicorum responsis, declaravit Senatus ipsam non esse dicta de causa molestandam, ratione etiam in decreto explicita, quia scilicet ipsa particulari iure utebatur, ut ex ipsis litteris patentibus diei 6. Maij 1602. liquido constat, quæ exhibentur sign C.

Diutina igitur in secretiori Cõsilio, agitata lite, cum Regio fisco, & notificante per dictos Sindicos, eorum proprijs, cæterorumque videntium impensis, & auditis ibidem vtriusque partis Aduocatis, cum ad causæ expeditionem deueniendum esset, & Sindicorum, cæterorumque videntium animus non leue succumbendi in ea lite dubium inualisset, prævidentes (ob defectum præcipuè probationum allegatæ per eos immemorabilis possessionis) non modo iurium suorum, & usus aquarum facillè se iacturam facturos, sed ad ingentis etiam summæ pecuniarum compelli se posse, suosque fideiussores, pro iisdem aquis ab inde retrò ut supra gausis, & pro abusu earundem ut supra prætenso, oblaram à Quattore. Azanello causæ relatores) compositionem sicut se mille respuendam nõ esse iudicarunt: Quapropter ad Sen. Excella recursum habuerunt,

A 2 exponentes

C.
Littere patentes
p. n. q. Lucretia.

exponentes grauem se molestiam ab Ill. Magistratu extraordina-
rio passos esse, ob pretesum Regij Fiscij dominium eius fluminis,
contententes, & post sententiam in contumaciam contra ipsos
latam, imò in limine expeditionis per Regios Ministros propo-
sitam eis fuisse compositionem, quam acceptare intendebant, ut ab
hac cõmuni lite cõi etiam pecunia se liberarēt; cuius rei causa, me-
dio chirographi à maiori vrentium parte subscripti, nonnulli ex
eisdem vrentibus elegerunt, qui vna cum Sindicis compositioni
prædictæ studerent, quam cum omnibus vtilem futuram allega-
rent, petebant decerni, omnes vrentes, etiam renitentes, ad eius so-
lutionem cogi posse; Quibus consideratis per Senatum, creden-
tem hoc negotium omnes indistincte tangere, iuxta petita decla-
rauit, in scijs semper, & non monitis dictis hæredibus, vt ex dictis
litteris patentibus, & precibus, quæ pariter exhibentur sign. D.

D.
Littere cum pre-
cibus Sindicorū.

Sub clipeo igitur huius decreti, electi prædicti ad transactionem cum
deputatis à S. E. nomine Regij Fiscij deueniunt, cui etiam, intra
certum tempus, dicta scuta sex mille, bina, aut terna solutione ex-
bursare promiserunt, & pro solutione prioris portionis taxam
imposuerunt omnibus vrentibus, necnon & hæredibus quoq; di-
ctæ q. Lucretiæ, & cõsortibus, pro summa scut. 400. per modum pro-
missionis, prætendentes eos quoque prædicta Senatus declaratione
ligari; & pro exactione eius summæ relaxata fuerunt præcepta
exequentia mandato Perill. D. Cõseruatoris. A quibus præceptis
appellarunt, & causa commissa fuit Perill. D. Senatori Panigarolę,
coram quo productus fuit tempore debito libellus, & præstita fi-
deiussio, ac iuramentum; statutoq; per D. Delegatum ipsis electis
termino ad deducendum quicquid volunt, possunt, & intendunt
in hanc causam, nihil in hanc vsq; diem responderunt; Quibus nõ
obstantibus ad executionem realem contractuum fictabiles de-
uentum fuit, à qua etiam interposita fuit appellatio.

Quam quidem taxæ impositionem, & præcepta eius occasione ema-
nata, necnon & executionem exinde relaxatam, cum omnibus
exinde sequutis, contra omnes iuris, & æquitatis terminos atten-
tata fuisse, ex sola facti narratione satis liquidò constat, præcipue
verò dictam executionem, cum pendente appellatione M. Ill. D.
Cõseruatoris iurisdictione, vel extincta, uel saltem suspensa esset;
vnde citrà notam attentatorum nihil iniquari poterat.

Sed

Sed ut clarius etiam de prædictis appareat, sciendum est, Syndicos prædictos, ceterosq; ferè omnes vtentes aquis dicti fluminis, sola immemorabili possessione, & statutorum dispositione inniti, que duo, licet re vera solidissima sint fundamenta, cum & illud cõtra Fiscum quoque obtineat, & hoc vim tituli habere non sit ambigendum (prout super vtroque puncto declarauit Senatus) licet et vtrunque tempore debito per eos deductum fuerit, attamen, cum neutrum in prima instantia probatum ab eis extiterit (prout ex dispositione edicti supra relati tenebantur) & in causa reuisionis eorum iura ex iisdem actis tantum essent discutienda (ita disponentibus non modò legis dispositione, sed ordinibus etiã S.R.M.) indubitatum reddebatur, eos iustè eos sententia Magistrali á iuribus suis exclusos fuisse, & in causa reuisionis succumbituros esse, cum præscripta in edicto non seruauerint, & per consequens comminatum in eo pœnam proculdubio incurrerint.

Hincq; factum est, vt ipsi, & graue huius litis pondus, non sine magno eorum dispendio, tandiũ vnanimiter sustinuerint, & oblatam compositionis opportunitatem libenter fuerint amplexati; Qui, cum ea mediante, & ab vrgenti qua angebantur molestia se exemerint, & amissa eorum iura recuperauerint, & ab obligatione promissæ vt supra solutionis, pro vsu, & abusu dictarum aquarũ, se exemerint, soli etiam ad solutionem conuentæ pecuniarum, summæ proculdubio sunt compellendi.

In eo enim negotio nihil cõmune habent dicti hæredes, & eorum consortes, qui, & iura sua separatim, debitoq; tempore in formam authenticam deduxerunt, & proinde nullam contra se passi sunt sententiam, quinimo eorum iura in eadem sententia fuerunt reseruata cognoscenda, quiq; in executione eiusdem sententiæ nullam passi sunt molestiam, nec vllam præstiterunt fideiussionem vt supra; qui etiam in iudicio reuisionis nunquam steterunt, nec vtcunq; res in eo cecidisset damnum aliquod subire poterant, qui demum hac transactione nihil commodi senserunt, nec sentire, nullo modo, vlloue tempore possunt; Vnde, si veræ sunt iuris conclusiones, (quæ verissimæ sunt) eos tantum compelli de iure posse, ad taxas, & onera subeunda, de quorum, vel damno euitando, vel lucro, aut commodo captando in aliquo negotio agi contingit, certum, & indubitatum est, dictos hæredes &c. nullo modo ad eos

do ad hanc solutionem cogi posse, cum, nec sine ea transactione
aliquam iurium suorum iacturam facturi essent, nec eis commodi
aliquid, vel utilitatis ex ea accreuerit, vel accreueri possit, ut potè
ijs, qui sunt in quietà, pacificà, & libera possessione vtendi dictis
aquis, non certis limitatis diebus, & horis, prout ex forma statu-
torum cæteri omnes tenentur, sed, quolibet die, & hora, omni im-
pedimento, & molestia à quocunq; inferenda pænitus cessante,
ita disponente prænarata eorum secretioris Senatus sententia,
quam Mediolani Duces inuiolabiliter ab omnibus obseruari eo-
dem contextu specificè mandarunt, & per multos ante eam sen-
tentiam annos, idem Illust. Magistratus de iure illis competere
declarauerat, prout ex declaratione anni 1468. quæ exhibetur
signat. E.

E.
Sententia Magi-
stralis ani 1468.

Et ex his patet responsio ad dispensationem Senatus, per dictos Sin-
dicos, & electos impetratam, cogendi omnes, etiam renitentes;
quia, ea fundata est super bono, commodoq; publico, omnibus
vtentibus ex ea transactione resultante, quod omnes tangere di-
cebatur; quod tamen in dictis hæredibus non verificatur; Item
super angustijs diuturnæ, dubiæq; litis, quibus ipsi tantum vexa-
bantur, & a quibus per eam se exemerunt; non autem hæredes præ-
dicti &c. qui in eo iudicio non erant, quibus idèò periculi nihil ex
ea dubia lite imminabat.

Sed omnis omnino tollitur ambiguitas huius negotij ex alia decla-
ratione Senatus Excell. de anno 1602. ad ipsius q. Lucretiæ pre-
ces emanata, superius recentita, disponente, eam, & consequenter
eius etiam hæredes &c. non teneri contribuere expensis eiusdem
litis, eò quòd particulari iure vteretur; ex qua per consequens in-
dubitatum redditur, eos nò teneri ad conuenta in accordo super
eadem lite factò, cum expensarum, & transactionis eiusdem litis
idem sit iudicium, tanquam de quota ad totum: Et dictæ expen-
sæ se habent ad dictum accordium, tanquam antecedens ad con-
sequens, & sic disposita in vno locum etiam habeant in alio.

Quapropter indubitatum vndiq; apparet, dictos hæredes &c. nullo
iure, nullauè æquitate cogi posse, ad conuenta ab alijs, ad aliorum
commodum per soluenda, prout declaraturum esse amplissimum
Senatum certò sibi per suadent dicti consortes, qui particulari iure
in hoc negotio vtantur, non autem vniuersali, & cum alijs
communi.